

Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum
Scholasticis habent connexionem, declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1659

Sect. III. Solvitur argumentum contra Iustitiam Dei erga hominem, ductum
ex titulo servitutis hominis respectu Dei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13718

VIII.

Dicte, nihil
dare Deo
possimus,
quod non est
quidam.

Homo bene
operando
ponit ali-
quid in actu
secundo sub
dominio Dei,
quod potui-
set non po-
nere.

IX.

Liberas ar-
bitrii, iuxta
S. Thomas,
sufficit, ut
posset Deus
hominis obli-
gari.

X.

Dicte, qui
alteri ali-
quid tribuit,
aliquid a-
mitit, &
datur con-
trapassum.

XI.

Ref. 1. ho-
suum esse
proprium
domini
creati, &
limitatum.

Dicunt ali-
qui, Deum
dando pra-
mū, amitte-
re secundum
quid illius
dominum.

Arguit tertio: non potest obligari Deus per opera nostra; nihil quippe ei dare possumus non suum. Respondetur, dare sicutem nos illi aliquid verè nostrum, immo ita nostrum, ut nisi nobis consentientibus, Deus illud nunquam habere potuisse: hæc enim est natura actus liberi, ut quantumvis omnia in actu primo ad illum efficiendum necessaria, à Deo ponantur, in clementis tamen potestate sit efficere illum vel non efficere, atque sub Dei dominio in actu secundo constituere, & hoc sensu dat aliquid Deo, id est, ponit illud sub dominio Dei, quod potuit non ponere, sicutque & aliquid in ejus obsequium facit, quod penes ipsum erat non facere: hoc autem est pretio estimabile; & sicut ad meritum, secundum oēs sufficit, ita si interveniat pacū, sufficit ad contractum iustitiae, Deumq; nobis strictè obligandum.

Hanc solutionem exp̄l̄e tradit S. Thomas in 4. dist. 15. art. 1. ad 2. ubi cū fibi objecisset: *Servus, quia totum hoc quod habet, est domini, non potest dāno illato domino satisfacere, quia nihil potest recompensare:* cū ergo totum quod habet homo, sit Dei, non potest homo Deo satisfacere. Responderet S. Doctor in hæc verba: *Ad secundum, dicendum, quod non est simile de seruo bonum, & Dei; quia totum quod habet servus hominis, ita est domini, quod non sit servi. Quod autem habet servus Dei, ita est domini, quod etiā servi, propter arbitrii libertatem fibi datum.* De quo plura Sect. seq. n. 3.

Arguit quartò: quodocunque inter duos intercedit iustitia commutativa, qui alteri aliquid tribuit, aliquid amittit, sicutque contrappassum; Deus autem nihil amittere potest, sed quantūcumque nobis aliquid tribuat, illius semper dominum retinet; ergo inter Deum & hominem intercedere nequit iustitia commutativa.

Suarez Opificulo de Justitia Dei, sect. 1. num. 12. & Granado hic tract. 7. d. 4. n. 21. aūnt, in dominio tantum creato & limitato, hoc inventari, & intercedere contrappassum, ita scilicet, ut qui aliquid alteri donat, aliquid amittat; præcisè tamen ad conceptum iustitiae commutativæ, id non est necessarium, sed solum requiritur, ut detur æquivalēs pro receptâ, etiam id quod datur, manea adhuc sub dominio donantis. Addit tamen Granado n. 12. Deum, dum iustis præmium, seu gloriā largitur, aliquo modo, secundum quid, & virtualiter amittere ejus dominium; posita enim promissione, & opere expletō, non potest non gloriā illam producere, sicut, inquit, in actu iustitiae Dei ergo hominem, intervenit aliquo modo contrappassum, & hæc etiam conditio illiciter reperitur: de quo plura infrā.

SECTIO TERTIA.
Solvitur argumentum contra iustitiam
Dei ad hominem, ductum ex titulo
servitutis hominis respectu Dei.

I.

Dicte, inter
seruum &
dominum,
non datur
iustitia.

II.

Multum dif-
fert iustitia
respectu Dei,
& respectu
domini
creati.

Arguit quinto: Inter seruum & dominum in creatis non intercedit iustitia, teste Aristotele 8. Ethic. cap. ultimo, sicut nec inter patrem & filium non emancipatum: unde quicquid acquirit seruum, domino acquirit, sed homo est essentialiter seruum Dei; ergo nequit acquirere ius contra Deum magis, immo multo minus, quam seruum creatus adverius suum dominum.

Sed contra: in multis enim differt servitus respectu Dei, & respectu domini creati; de fide enim est, cum servitudo Dei stare meritum, etiam ob opera, quæ Deus à nobis tanquam dominus exigit: immo ipsa servitudo opera requiriunt ut pro aliquo statu Deus ipsius promittat, & conferat præmium; quæ

R. P. Comptoni Theol. Schola, Tom. I.

tamen in operibus servilibus respectu domini creati non inveniri certum est. Quod à fortiori urget in sententiâ Vñq; qui ad meritum de condigno afferit, non est necessariam ullam promissionem, aut patetum Dei, sed ipsa opera per se premium requiret. *Vt enim bonus servus in creatu, ipso invito, non ei possit ab aliis creaturis injuria, si ipso nolite bonis servis facit servos injuriam, sed domino.*

III.

Ratio autem disparatis in hoc fundatur, quod servus in creatis ex reputatione & dispositione legū censeatur pars domini, & eadem moraliter persona in favorabilibus cum eo. Unde seruum Aristoteles vocat *animatum instrumentum*, animatum scilicet eadem anima moraliter, quæ reliqua domini partes animantur physicè. Idemque de filio affirmat respetu hominis, & eadem moraliter persona in favorabilibus cum eo. *Servus in creatu, ipso invito, non ei possit ab aliis creaturis injuria, si ipso nolite bonis servis facit servos injuriam, sed domino.*

At vero in servitudo respectu Dei, secus res se

habet; hæc enim non sit per reputationem mora-

lem, & fictionem legum, quæ jura servitudo statuit

pro libito, quaque una moraliter censeamus perlo-

cum Deo, sed sit haec servitudo per realēm depen-

dentiam naturæ nostræ à Deo; hæc autem potius

arguit distinctionem, ac proinde servi Dei sumu-

ut naturæ rationales distinctæ, & aptæ habere do-

minium, & meritum, ut ostensum est, quod servis

respectu hominis non competit. Quidni ergo, *Opera no-*

sicut opera nostra, non obstante condizione servi, sicut *repectu Dei*

merentur nihilominus ab eo pre- *fundamentum, ita*

quidam, inquam, interveniente pacto, me- *ritum, ita*

rerunt ex iustitia? Certè ex servitudo crea- *fundare pos-*

ta cum Deo, sed sit haec servitudo per realēm de- *sunt iustifi-*

pendentiam est deductum, non convincitur contra- *tiam.*

V.

Arguit sexto: Deus non est dominus tantum creature rationalis, & gloria, sed etiā juris creature; Dicte, Deus ergo hoc ius est ius Dei, ergo per hoc obligari non potest Deus ex iustitia: sic enim haberet ius contra ipsum. Distinguо primum consequens; ergo ius hoc est ius Dei ut quid, concedo consequentiam, ut res ius quo, nego: sicut etiam intellectio nostra, amor, & Dei, meritum sunt intellectio, amor, & meritum Dei ut quo, seu ita ut denominent cum intellectio gentem, animali, & merentem: & tamen idem hic quod, non confici posset argumentum; sic enim quis nequit ut quo, ex iustitia obligari sibi, ita nec à se quidquā mereri.

In creatis vero ex reputatione & fictione legum, iusta servi sunt iura domini ut quo, sicut & meritum in ordine ad res temporales, cum quicquid acquirit servus, ordinatione legum cedat domino.

Adde casus quosdam tum circa filios, tum seruos, in ipsis legibus excipi: servis enim bonorum quorundam dominum conceditur, corum scilicet, que vel in compensationem iurie ipsi dantur, vel labore extraordinario aut industria extra fortem acquirunt, &c. Filiis vero bonorum castrensum, & iustitiam.

IV.

Servitus re-

spactu homi-

nnum argu-

identia,

respectu Dei

distinc-

tiō.

V.

Ex natura

rei posset in

creatis darī

contractus

iustitia in-

ter patrem

& filium,

dominum

& servum.

VI.

Dicitur, Deus

est dominus

juris crea-

turae;

ergo

ius crea-

turae ut res ius

quo, ne-

go;

sicut etiam

meritum

Dei.

ut res ius

quo, ne-

go;

sicut etiam

meritum

Dei.

ut res ius

quo, ne-

go;

sicut etiam

meritum

Dei.

ut res ius

quo, ne-

go;

sicut etiam

meritum

Dei.

ut res ius

quo, ne-

go;

sicut etiam

meritum

Dei.

ut res ius

quo, ne-

go;

sicut etiam

meritum

Dei.

ut res ius

quo, ne-

go;

sicut etiam

meritum

Dei.

ut res ius

quo, ne-

go;

sicut etiam

meritum

Dei.

ut res ius

quo, ne-

go;

sicut etiam

meritum

Dei.

ut res ius

quo, ne-

go;

sicut etiam

meritum

Dei.

ut res ius

quo, ne-

go;

sicut etiam

meritum

Dei.

ut res ius

quo, ne-

go;

sicut etiam

meritum

Dei.

ut res ius

quo, ne-

go;

sicut etiam

meritum

Dei.

ut res ius

quo, ne-

go;

sicut etiam

meritum

Dei.

ut res ius

quo, ne-

go;

sicut etiam

meritum

Dei.

ut res ius

quo, ne-

go;

sicut etiam

meritum

Dei.

ut res ius

quo, ne-

go;

sicut etiam

meritum

Dei.

ut res ius

quo, ne-

go;

sicut etiam

meritum

Dei.

ut res ius

quo, ne-

go;

sicut etiam

meritum

Dei.

ut res ius

quo, ne-

go;

sicut etiam

meritum

Dei.

ut res ius

quo, ne-

go;

sicut etiam

meritum

Dei.

ut res ius

quo, ne-

go;

sicut etiam

meritum

Dei.

ut res ius

quo, ne-

go;

sicut etiam

meritum

Dei.

ut res ius

quo, ne-

go;

sicut etiam

meritum

Dei.

<p

quasi castrum dominum competit, immo & peculii adventitii, cuius filius est dominus directus, licet ususfructus & administratio sit penes patrem. Sicut ergo in his esse subinde potest patris ad filium, & domini ad servum iustitia, ita cum creature rationalis habeat rerum quarundam dominium, nempe meritorum suorum, & gloriae, eaque possidat tanquam verè sua, quidni inter ipsam & Deum pactum possit iustitia intercedere.

VIII.

*Deus nullā
lege externā
obligari po-
tebit, sed fo-
lum ex in-
ternā sua
voluntatis
restitutio.*

Arguit septimò: Si iustitia obligatio cadere in Deum possit, ex aliqua iustitia lege proveniat necesse est; Deus autem capax legis non est, ut ipso natura lumine est manifestum. Respondetur, obligationem hanc Deo, non à lege aliqua extrinsecā provenire, sed ab intrinsecā sua voluntatis rectitudine, qua per se ad honestum est determinata: sicut ab eadēm intrinsecā rectitudine oritur debitum veritatis, ut nimirum quandocunque loquitur, hoc autem non à lege extrinsecā habet Deus, sed à seipso, & ab extrinseco.

SECTIO QUARTA.

*Vtrum obligatio iustitiae obstat
libertati Dei.*

*L.
Negant ali-
guis iustitiae,
quod Dei li-
bertatem
minuat.*

*II.
In hominis
ad Deum,
duabus mo-
dis sumi po-
test.*

*III.
Ius istud in
homine non
obstat liber-
tati Dei.*

*IV.
Non magis
Dei liberta-
tem ludit
sententia
trivium,
quam nega-
ti iustitiam.*

*V.
Dens ex vi
juris in ho-
mine, non
necessitatur
adiquatè ab
extrinseco.*

RECENTIORES aliqui non indocti, hoc nomine iustitiae obligationem Deo denegandam afferunt, quod scilicet ejus libertatem minuat: si enim, inquit, teneatur primum hominibus obmerita largiri, multum ipsi decedit de perfectissimā libertate, & dispositione rerum; male ergo dignitati Dei cōsulit, quifquis in eo affrui iustitiam.

Notandum, duabus modis sumi posse ius illud quod homini erga Deum, in sententiā iustitiam in eo statuente, tribuitur. Primo itaque dici potest, esse aliquid, creatum partim, partim increatum, & situm esse in promissione Dei, quā se obligat ad dandam gloriam, non nudè, hoc enim est fidelitas, sed sub conditione onerosā, operis scilicet expleti, seu positis meritis, ita ut adiquatè in utrōque consistat: & hęc, ut postea dicimus, est propriissima juris huius acceptio, juxta quam, ut existimo, & præsens difficultas, & alia omnes contra Dei ad hominem iustitiam proponi solita, facili solvuntur.

Valquez itaque & alii negantes Dei ad hominem iustitiam, urgent maximè argumentum num. primo propolitum; si nimirum Deus se hominibus hoc pacio ex iustitiā obstringat, imminutum iri ejus libertatem: posita enim hac in Deo iustitia, non potest non dare primum; ergo hac in parte non est liber, sed ad gloriam iustis dandam necessitatus.

Sed contrā: idem enim quoad hoc affirmat utraque sententia, Deum scilicet factā promissione, & opere expleto, positis scilicet meritis, non posse iustis negare gloriam; tota autem inter has sententias differentia est, quod prima hanc vocet obligationem fidelitatis, secunda iustitia. Hęc ergo, hęc est tantum de modo loquendi, cū re ipsa idem dicant utriusque sententia Auctores, Deum scilicet ex vi huius promissione & operis expleti, teneri rem hoc modo pacem, seu promissam dare, nec magis in illius potestate est, ut hoc non præstet, quam ut non sit Deus.

In sententiā ergo hoc modo statuente in Deo iustitiam, dicenteque cum ex jure hominum illis obstringi, non necessitatur Deus adiquatè ab aliquo extrinseco: quod autem partim ab extrinseco necessitatur, nec negant, nec negare possunt ad-

versari; quando enim promittit aliquid sub condicione onerosā, ut coronam gloriae quis certaverit, secundum ipsos necessitatur Deus ad coronam illum seu primum dandum, non ex vi solius præmissionis: hęc enim tantum est conditionata, si nimirum quis certaverit: unde nisi posito certamine & opere expleto, non obligat; ergo propter utrumque simili, opus scilicet & præmissionem, tenetur Deus dare primum; ergo ad operandum ad extra necessitari partialiter potest à re creati, & aliquo ex extrinseco.

Si itaque ius istud hominis erga Deum consistat in hoc complexo, præmissione scilicet Dei, & opera expleto, nulla major vis divina libertati infertur in unā sententiā quam in alterā, ut constat. Jam vero ius hoc in his duobus adiquatè situm est, videtur clarum: in humanis siquidem ius unius hominis erga alium (ut scilicet alicui primum seu merces ex iustitiā debeatur) hęc duo, & nihil aliud includit: ipso facto enim quod quis cum alio pacificatur, si laboret in ejus vinea, tale se ei opera & laboris pretium, seu tantum pecunia daturum, ipso facto, inquam, quod opus illud expletat, seu ponat laborem, tenetur alter ex iustitiā mercedem ei solvere, postulante hoc ejus iure, quod nihil plāne aliud est quam pactum in conducente, & opus positum, seu labor in conducente: ergo similiter, ut Deus homini obligetur ex iustitiā, aliud nihil requirit præter pactum ex parte Dei, de dandā gloriam, quis certaverit, & certamen ex parte hominis possum; sed utraque sententia hęc duo admittit; ergo utraque parem in Deo statuit in agendo necessitatem, immo & aequaliter in eum inducit obligacionem iustitiae. Qua de re postea redibit sermo.

Addo ulterius, etiamsi ius quod homo habet erga Deum, esset aliquid adiquatè Deo extrinsecum, nil tamen in eo quod hoc esse incommodi: quid enim magis obstat Deum, posita prius voluntate aliqua sua libera, ad operandum necessitari à re morali, quam à physica; Deum autem, posita una re physica, necessitari ad producendam aliam, communis est Philosophorum sententia: sic enim posito quod velit Deus modum aliquem producere, unionem scilicet inter animam & corpus, vel ubicationem Angelicam, debet Angelum, materiam item & animam, quarum illa est unio, producere, idque tantā necessitate, ut nec divinitus possit contrarium. Item producta re aliquā debet Deus illius intuitu producere, eique adjungere ubicationem & durationem, cū juxta plurimos ex adversariis, non possit res esse & nullibet esse. Idem est de actu vero, respectu huius objecti, in sententiā statuente veritatem actibus intrinsecam: & de visione similiter intuitiva, respectu objecti existentis in multorum sententiā. E contrā etiam destructa re, debet omnes rei illius modos destruere; ergo non est novum, ut Deus, posita prius aliqua sua voluntate libera, necessitetur à re physica ad aliquid aliud producendum; quid ergo vetet, cū à re moralis, seu jure hominis, aut Angeli, necessitari etiam hoc modo ad agendum? Certè libertati ejus & dominio non magis in uno casu derogatur, quam in alio.

Praterea, non magis obstat libertati Dei non posse producere aliquid prolibito, quam non posse pro libito aliquid destruere; libertas siquidem est indifferentia ad utramque partem contradictionis: sed multi, etiam ex iis qui acerrimi sunt in impugnando hoc jure hominis erga Deum, affirmant non potuisse illum creaturā ullam ab aeterno producere: quid mirum ergo, si, posito pacto, non possit Deus servare?